Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs IIII. Scena IIII.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Clin. Metuo quid agam. Sy. metuis? quaſi non ea poteſtas ſit tua, (lam.
Quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias pa-
Clin. Age, age, traducatur Bacchis. Sy. optume ipſa exit foras.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA ancilla.

Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt: Iamb. quadrat. catal.
Decem minas, quas mihi dare pollicitus eſt, quòd ſi is nunc me vnus hypercatalectic9
Deceperit, ſæpè obſecrans me, vt veniam, fruſtra veniet,
Aut cum venturam dixero, & conſtituero, cum is certè
Renunciarit, Clitipho cum ſpe pendebit animi,
Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi tergo pœnas pendet.
Clin. Satis ſcitè promittit tibi. Sy. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet, niſi caueo. Ba. dormiunt: ego pol iſtos commouebo.
Mea Phrygia audiſtin' homo iſte modo quam villam demonſtrauit
Charini? Ph. audiui. Ba. proximam eſſe huic fundo ad dextram? Ph. memini.

Da. Curriculo percurre: apud eum miles Dionyſia agitat.

Sy. Quid inceptat? Ba. dic me hîc oppido eſſe inuitam, atq; aſſeruari,

Verùm aliquo pacto verba me his daturum eſſe, & venturam.

Sy. Perij hercle: Bacchis mane, mane: quò mittis iſtanc quæſo?

Iube maneat. Ba. abi. Sy quin eſt paratum argentum. Ba. quin ego maneo.

Sy. Atqui iam dabitur Ba. vt lubet, num ego inſto? Sy. an ſcin'? quid ſodes?

Ba. Quid? Sy transeundum nunc tibi ad Menedemum eſt. & tua pompa

Eò traducenda eſt. Ca. quam rem agis? ſcelus. Sy. egon'? & argentum cudo,

Quod tibi dem. Ba. dignam me putas, quam illudas? Sy. non eſt temerè.

Ba. Etiámne tecum hic res mihi eſt? Sy. minimè: tuum tibi reddo.

Ba. Eatur. Sy. ſequere hac: heus Dromo. Dro. quis me volt? Sy. Syrus. Dr. quid eſt ei?

Sy. Ancillas omneis Bacchidis traduce huc ad vos properè.

Dro. Quamobrem? Sy. ne quæras: & ferant, quæ ſecum huc attulerunt.

Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe harum abitu.

Næ

Næ ille haud ſcit, haud paululum lucri quantum ei damni adportet.
Tu neſcis quod ſcis Dromo ſi ſapies. Dro. mutum dices,

ACTVS IIII. SCENA V.

Serarÿ, & vnus quadratus.

Chremes, Syrus.

ITa me Dÿ amabunt, vt nunc Menedemi vicem
Miſeret me, tantum deueniſſe ad eum mali.
Illancine mulierem alere cum illa familia?
Etſi ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet:
Ita magno deſiderio fuit ei filius. (Quadra.
Verùm, vbi videbit tanto? ſibi ſumptus domi
Cotidianos fieri, nec fieri modum:
Optabit rurſum, vt abeat ab ſe filius.
Syrum optumè eccum. Sy. ceſſo hunc adoriri? Ch.
Syre Sy. hem. (dari.
C. Quid eſt? S. te mihi ipſum dudum exoptabam
Ch. Videre egiſſe iam neſcio quid cum ſene.
Sy. De illo, quod dudum? dictum ac factũ reddidi.
Ch. Bonan' fide? S. bona hercle. Ch non poſſum pati.
Quid tibi caput demulceam, accede huc Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re ac lubens.
S. At ſi ſcias, quàm ſcitè in mentem venerit.
Ch. Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?
S. Non herclè verò, verum dico. Ch. dic quid eſt?
S. Tui Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem.

Error Chremetis ridiculus, qui fabulam totam reddit iucundiorẽ

Senarÿ.

Mene-